MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81401-17

AUTHOR:

SUSEMIHL, FRANZ

TITLE:

DE FONTIBUS
RHYTHMICAE...

PLACE:

GRYPHISWALDIAE

DATE:

1886

Master Negative #

93-81401-17

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

 Susemihl, Franz 1826-1901

De fontibus rhythmicae Aristidis Quintiliani doctrinae commentatio. Gryphiswaldiae 1866. Sq.Q. 16p.

Greifswald (Ger.) universität. Index scholarum. No. 6

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 5/12/93 INITIALS BAP

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

No. 6

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCLXVI—LXVII

A DIE XV MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM.

INEST

FRANCISCI SVSEMIHL DE FONTIBVS RHYTHMICAE ARISTIDIS QVINTILIANI DOCTRINAE COMMENTATIO.

GRYPHISWALDIAE,
TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.
MDCCCLXVI.

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

ERNESTVS IMMANVEL BEKKER

CVM

SENATV ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Aristidis Quintiliani de rhythmica et rhythmopoeia praeceptorum diversos fontes atque unum eorum Aristoxeni elementa rhythmica fuisse, sive illa ipse inspexerit sive librum ex eis excerptum compilaverit, quamquam inter omnes hodie constat, de natura tamen reliquorum fontium et de ratione, qua et his et illo usus sit, maxima adhuc est inter viros doctos dissensio. Nam Julium Caesarem[1]) si audimus, non ita possunt Aristidis fontes separari, quasi quovis loco ex uno tantum eorum hauserit. Contra ea Rudolphus Westphal in doctrina metrica scaenicorum lyricorumque poetarum Graecorum (II^a. praef. p. XL sqq.) et in systemate rhythmices antiquae (p. 13 sqq., p. 124 sqq., praef. p. X et saepius) demonstrare conatus est primam et tertiam eorum, quae de his rebus Aristides docuit, partem, p. 31—36 Meib. et p. 40—43 Meib. (p. 60, 16—63, 12 Westph. 55, 17—58, 14 Caes.) ex eadem esse deductam elementorum Aristoxeni rhythmicorum aliarumque eius dissertationum[2]) epitome alienis additamentis inquinata, quae etiam fragmentorum a Vincentio e codice Parisino 3017 editorum[3]) scriptori nec non Alpharabio Arabi materiam disserendi praebuerit, secundam partem, p. 36—40, ex ignoti auctoris metrici sive, ut ipsius Aristidis (p. 60, 16 Westph.) verbis utar, *συμπλέκοντος τῇ μετρικῇ θεωρίᾳ τὴν περὶ ῥυθμῶν* libro ineptissimo, quartam, quae legitur in fine libri secundi, p. 97—100, e tertio fonte eoque omnium optimo (quem hanc ob causam A nota sicut primum et secundum fontes B et C notis Westphalius insignivit). Qua in re cum Henricum Weilium[4]) ita tantum habeat dissentientem, ut is opinionem iam a me[5]), falsa tamen veris immiscente, prolatam et

---

1) Jahn. Ann. LXXXVII. 1863. p. 884 sq.
2) Qua de re vid. Westphal. Rhythm. p. 146 sqq.
3) Recepit ea Westphal. inter fragmenta rhythmicorum Graecorum p. 78—80.
4) Jahn. Ann. XCI. 1865. p. 649 sqq.
5) Jahn. Ann. LXXXVII. p. 880.

Caesaris[6]) assensu comprobatam, sed non satis demonstratam denuo proponens argumentis evincere studeat, secundam partem ab eodem auctore atque quartam esse repetendam et ab auctore quidem, qui minime sit spernendus, tum ipse Westphalius nuperrime in libri priore loco citati sectione secundae partis altera (II^b. p. 149—169) etiam longius progressus est. Exstitisse enim olim trium disciplinarum musicarum, harmonicae, rhythmicae, metricae compendium conflatum ex Aristoxeni harmonicorum et rhythmicorum elementorum epitomis et e fonte Aristidis secundo (C), qui istic metricae artis non rhythmicae locum teneret. Ex illo libro fluxisse e prima parte commentationes harmonicas Aristidis Quintiliani, Bacchii, Anonymi qui dicitur aut rectius duorum Anonymorum de musica a Bellermanno editorum, personati Euclidis, Gaudenti, Alypi, Alpharabi, deinde ex altera non modo, ut antea iam dictum est, Aristidis rhythmicorum primam et tertiam partem Anonymique Parisini et Alpharabi sed etiam Anonymi Bellermanniani praecepta rhythmica, e tertia denique praeter Aristidis institutionum rhythmicarum partem secundam metrica Bacchii cum rhythmicis quibusdam rebus mixta (p. 13. sqq. p. 22—25 Meib.). Aristidem vero cum metricam huius compendi partem ad sui operis rhythmicam adiunxisset sua metrica transcripsisse ex alio libro de metris ab ignoto Heliodori sectatore composito. Et quod ad Anonymum de musica attinet, vero Westphalius proximum indicat exempla ab eo allata modorum musicorum in illo compendio eodem loco esse lecta, ex quo eorum, qui rhythmicam doctrinam a metrica separabant (οἱ χωρίζοντες), rationem describat Aristides (p. 40 sq.).

Et de primae quidem partis commentariorum rhythmicorum ab Aristide confectorum origine quae docuit vir sagacissimus in universum satis mihi probavit, sed si singula specto, in his quoque pagellis nonnulla invenio, quae ex altero fonte aut, si obsequendum est Westphalio, ex aliis duobus fontibus sint immixta. Nolo de eis rebus loqui, quas ipse iam Westphalius, neque de eis, quae Caesar Weiliusque in medium protulerunt. Ille enim[7]) Aristidis errorem, quo in definiendo pedum discrimine quod est per oppositionem (κατ' ἀντίθεσιν) maioris temporis nomine graviorem, minoris leviorem pedis partem[8]) significat, inde repetendum esse censet, quod metricus ille, quem in secunda parte Aristides sequitur, simplicibus pedibus saepius duas arses thesesve tribuit, si arsis thesisve duas syllabas continet, ut in dactylo vel anapaesto[9]). Sed quamquam haec explicatio non utique reicienda videtur, tamen alia quoque in

6) L. l. p. 885.

7) Rhythm. p. 65.

8) Observandum mihi iam hoc loco videtur semper in hac me commentatione contra veterum usum arseos nomine graviorem, theseos leviorem pedis partem esse significaturum.

9) Cf. locos a Westphalio Rhythm. p. 34. 40 sq. ex Aristide et Bacchio collectos. Interdum tamen rectior significandi ratio apud Aristidem invenitur, velut p. 36 (54, 10 sqq. W. 51,17 sqq. C.): προκελευσματικὸς διπλοῦς ἐκ δύο βραχειῶν ἐπὶ θέσιν καὶ δύο βραχειῶν ἐπ' ἄρσιν, et mirum in modum vera cum falsa uno tenore coniungitur n paeonis epibati descriptione, p. 38 fin. 39 in. Simillime p. 37 (56, 10 sqq. W. 52, 17 sqq. C.) trochaeo semanto 'κτάσημος θέσις tribuitur et paulo post p. 38 (58, 6 sqq. W. 53, 15 sqq. C.) idem pes διπλασιάζων τὰς θέσεις vocatur, quae nihilominus est verborum, non rei differentia, id quod fugisse videtur Westphalium l. l. p. 186 sqq. Revera enim hic pes ut ceteri omnes in duas partes principales dividitur, graviorem et leviorem, quarum illa, octo tempora continens, denuo in duas arses minores tetrasemas dirimitur. Quamquam vero eodem modo haud dubie res se in orthio habet, tamen ex Aristidis verbis contraria tantum possumus elicere, cf. Caesar in elementis rhythmices graecae p. 193. Quae cum ita sint, mirandum sane non est, quod Aristides p. 39 (59, 13 sqq. W. 55, 1 sqq. Caes.), si recte verba restituerunt Boeckhius et Westphalius, chorei nomine tribrachum, sed p. 40 in., locum illum citans,

promptu est considerantibus verba similia Aristoxeni El. rhythm. p. 300 in: Ἀντιθέσει δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων οἱ τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον ἔχοντες. ἔσται δὲ ἡ διαφορὰ αὕτη ἐν τοῖς ἴσοις μέν, ἄνισον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνον τὸν κάτω. Quorum initium non recte Westphalius[10]) intellexit ex Aristoxeni sententia ratus tantum eiusdem generis pedes κατ' ἀντίθεσιν inter se differre, velut dactylum et anapaestum, trochaeum et iambum, sed non item dactylum, ut exemplis utar, opponi iambo et anapaesto trochaeum. Nam de diverso aut eodem genere ne verbum quidem dicit clarissimus peripateticus, sed de omnibus pedibus loquitur, qui τὸν ἄνω χρόνον πρὸς τὸν κάτω ἀντικείμενον habent, nullo excepto, et hac sola ratione idoneum sensum ea praebent quae addit: ἔσται δὲ ... τὸν κάτω, siquidem verba haec aperte corrupta vix aliam emendationem permittunt, nisi qua indicetur, etiam in pedibus ceteroquin omnino paribus huic differentiae locum relinqui: quamobrem, nisi meram repetitionem statuere placet[11]), coniectura accepta vel temeraria Westphali hac τὸν ἄνω χρόνον καὶ τὸν κάτω τεταγμένον vel alia faciliore magisque ad Graecae linguae usum accommodata[12]) utique ante ἐν τοῖς ἴσοις μέν addenda καὶ particula videtur[13]). Sed de hac re in transcursu monemus. Iam vero quisque videt quod Westphalium non vidisse miror, verbis quae in codicibus leguntur, ἄνισον ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνον τὸν κάτω antithesin illam in eundem gyrum atque apud Aristidem compelli, ita ut generis paris sive dactylici pedes ab ea exclusi sint. Quae cum ita sint, nescio an ea huius loci, quae hodie exstat, corruptela iam excerptore Aristoxeni illo, cuius scrinia Aristides compilavit, antiquior fuerit. Exemplo deinde pedum compositorum allato p. 34 (51, 8 W. 49, 9 C.) ως τοὺς δωδεκασήμους Aristidem eosdem rhythmos duodecim temporum significari velle, de quibus sermo est p. 36. 37 sq., ita ut iam hoc loco, quamvis ipsa definitione mere Aristoxenea[14]) ἁπλοῖ μὲν γάρ εἰσιν οἱ εἰς χρόνους διαιρούμενοι, σύνθετοι δὲ οἱ καὶ εἰς πόδας ἀναλυόμενοι repugnante, pedum compositorum nomine eos tantum rhythmos comprehendat, qui non ex eisdem sed e diversis pedibus compositi sint, praeeunte Caesare, qui tamen haud recte

trochaeum, ut videtur, et iambum comprehendit, cf. Westph. l. l. p. 80—82. Locorum illorum omnino negligentia a Westphalio transfertur ad Aristidem, sed huius auctorem maiora iam crimina commisisse et non verbis tantum sed re sibi ipsum esse adversatum, nos infra demonstrabimus, certe quidem falsa ratio qua soluti pedis singulae syllabae arses thesesve appellantur cum semel etiam apud Bacchium occurrat, metrici illius antiquioris propria fuit, quo ut fonte communi Aristides et Bacchius utuntur, id quod postea ipse intellexisse videtur Westphalius Metr. II^b. p. 163.

10) Rhythm. p. 65.

11) Qua de re cf. Caesar Rhythm. p. 287. Weil. l. l. p. 653.


12) Recte Weilius l. l.: „ich zweifle, dass ein Grieche ἀνίσως τεταγμένους für ἄλλως τεταγμένους gesagt haben würde, eher liesse sich hören ἀντίθετον δὲ ἔχουσι τῷ ἄνω χρόνῳ τὸν κάτω, obschon die tautologie in dieser fassung noch mehr zu tage liegt.“

13) Hoc praetermittere non debebam loco supra citato, Jahn. Ann. LXXXVII. p. 880.

14) Cf. Aristox. El. rhythm. p. 298 οἱ δ' ἀσύνθετοι τῶν συνθέτων διαφέρουσι τῷ μὴ διαιρεῖσθαι εἰς πόδας, τῶν συνθέτων διαιρουμένων. Vix enim qui haec legit, Westphalio (Rhythm. p. 52) credet, duplici modo verba Aristidis posse explicari. Etenim si verbi causa tripodia dactylica in arsin principalem dipodicam thesinque monopodicam dividitur, nonne etiam dipodia pes est compositus? Quomodo igitur dici potest hac divisione pedem compositum in tempora non in pedes dirimi? Sed non solum tali modo neque porro in tres pedes simplices, sed etiam ita potest distribui, ut in horum unoquoque arsis a thesi disiungatur, id est ut totius seriei membra tempora tantum podica — nam de his sermo est — pedum simplicium sint, non tales partes, quae etiam totorum pedum locum tenere possint, itaque pes compositus ea ratione divisus sit qua sola dividi potest pes simplex.

etiam nunc de huius notionis aqud ipsum Aristoxenum vi ac significatione dubitat[15]), opinatus est Weilius[16]). Sed haec quoque in coniectura tantum quamvis probabili posita sunt, verba vero p. 34 in. *τούτων δὲ οἱ μὲν στρογγύλοι καλοῦνται οἱ μᾶλλον τοῦ δέοντος ἐπιτρέχοντες, οἱ δέ περίπλεῳ οἱ πλέον ἤδη τὴν βραδύτητα διὰ συνθέτων*[17]) *φθόγγων ποιούμενοι* quin ex eodem fonte cum libri secundi fine derivata sint, nulla potest esse dubitatio. Quae enim antecedit temporum in enrhythma, arrhythma, rhythmoidia divisio et speciei cuiusque definitio verbis solum mutatis etiam in fragmentis Parisinis (§ 7 Westph.) invenitur, sed non modo frustra in eis quaerimus temporum rhythmoidium in coartata (*χρόνους ῥυθμοειδεῖς στρογγύλους*) et nimis completa (*περίπλεως*) subdivisionem, quae verbis allatis continetur, verum etiam p. 100 toti pedes sive rhythmi inducuntur eisdem praedicatis *στρογγύλοι* et *περίπλεῳ* instructi, quae hoc loco partibus tantum sive podicis temporibus pedum, arsi thesique, adsignata videmus. Qua tota in re paulo diutius commorari nos eo magis necesse est quo maioribus erroribus interpretatio a Westphalio[18]) de duobus his rhythmorum sive pedum generibus proposita laborat. Is enim quamquam recte perspexit *χρόνους* in illa divisione non alios esse nisi *ποδικούς* sive, ut etiam accuratius loquar, duas illas partes primarias, in quas omnes pedes ita dividantur, ut secundum longitudinis inter has partes rationem in genera sua aut rationabilia, quae sunt par, duplex, sescuplex et praeterea epitritum et triplex, aut irrationabilia discribantur, nullum igitur tempus per se esse enrhythmum neque arrhythmum neque rhythmoides, sed cum altero tantum in uno pede coniunctum tempus enrhythmum talem partem rationabilis et rhythmoides irrationabilis, arrhythmum autem eiusmodi pedis esse, qualem revera leges rhythmicae omnino non admittant, idem tamen vir paulo post suorum ipsius verborum immemor Aristideum profecto in morem strongylos pedes dactylos et anapaestos cyclios esse contendit, quos ipse rationabilibus recte adnumerat, mediosque inter illos atque nimis completos trochaeos, qui inveniuntur in strophis dactylo-epitritis. Istas enim, cum ex speciosa eius et forsitan vera coniectura, de qua alibi[19]) quantum satis est dixi, dactylorum vice fungentes sublationem duobus temporis primi trientibus maiorem arsi dactylica positionemque eadem parte minorem habeant quam est dactyli:

$$\underset{\frac{8}{3}+\frac{4}{3}}{\acute{-}\,|\,\smile} = \underset{2+1+1}{\acute{-}\,|\,\smile\,\smile}$$



15) Jahn. Ann. LXXXVII. p. 884. Etiam paeonem epibatum in duo tempora podica disiungi, quorum utrumque pedis quoque partes agere queat, negari non potest. Non igitur erat, quare Caesar p. 885 scriberet: „nur dass Hr. Westphal sich auch hier die Freiheit nimmt, die ausdrückliche Angabe (des Aristeides), dass der Paeon epibatos ein unzusammengesetzter Fuss sei, unberücksichtigt zu lassen und ihn einen zusammengesetzten zu nennen, weil er sich in einen vierzeitigen und einen sechszeitigen zerlegen lasse, eben so wie er nachher behauptet, ein Takt von 4 *χρόνοι ποδικοί* (wie sie eben diesem Paeon zugeschrieben werden) könne niemals ein einfacher, sondern nur ein zusammengesetzter sein. Das soll aber gerade erst bewiesen werden; aber Hr. Westphal scheut sich jetzt wie früher nicht vor Zirkelschlüssen."

16) L. l. p. 650.

17) Hanc vocem corruptam esse semper mihi persuasum fuit, sed vehementer dubito, num vera sit Westphali (Rhythm. p. 174) emendatio *διὰ τὴν σύνθεσιν τῶν*, quam ita explicat, ut *σύνθεσις* sit positionis cum sublatione copulatio. Non enim omni eiusmodi sed sola cum tanto altero tempore copulatione, ut totus pes legitimum finem transeat, tarditas eius augetur. Quamobrem etiam altero loco p. 100, ad quem male provocat Westphalius, non legitur *τῶν φθόγγων τὴν σύνθεσιν ἔχοντες*, sed *περίπλεῳ τῶν φ. τ. σ. ἐ.* Quomodo autem corrigendum sit illud *συνθέτων* libere me nescire fateor.

18) Rhythm. p. 174 sq. 19) Jahn. Ann. l. l. p. 871 sqq.

ex arsi irrationabili nimis completa thesique coartata constare dicit. At octo quatuorque temporis primi trientes irrationabilia quidem sed non rhythmoidia sunt tempora, quoniam eadem mensura utrumque possumus metiri atque rationabiles sunt totius pedis partes, cf. Aristox. El. rhythm. p. 296. Quamobrem Westphali de trochaeis illis sententia etsi habet quo se commendet, hoc tamen adminiculo uti nequit universaque de temporibus enrhythmis et arrhythmis et rhythmoidibus doctrina falso loco ab eo tractatur inter tempora rhythmopoetica, cum revera eorum discrimen non rhythmopoeticum sit sed mere rhythmicum cumque ea artis parte, in qua de pedibus irrationabilibus agitur, arte conexum: vera autem germanaque strongylorum sive, ut cum Marciano Capella loquar, rotundorum, id est coartatorum pedum notio est quam probe iam alii intellexerunt[20]). Satis enim nunc profecto apparet, ut inter pedes irrationabiles nimis completos eos qui addita, sic rotundos eos esse qui detracta temporis primi dimidia parte e rationabilibus oriantur, mediosque inter auctos decurtatosque non alios nisi rationabiles posse significari. Ut igitur quae de rotundis et de nimis completis praedicantur: *σφοδροί τε καὶ συνεστραμμένοι καὶ εἰς τὰς πράξεις παρακλητικοί* et *ὕπτιοί τε καὶ πλαδαρώτεροι* sic etiam illa de mediis *κεκραμένοι τε ἐξ ἀμφοῖν καὶ σύμμετροι τὴν κατάστασιν*, quemadmodum res ipsa postulat, nihil nisi vim indicant quam in animos hominum exerceat eiusmodi pedum in artificiis musicis usus, atque ut *εἰς τὰς πράξεις παρακλητικοί* in primo et *πλαδαρώτεροι* in secundo membro variandae tantum orationis exornandaeque causa praecedentibus *σφοδροί τε καὶ συνεστραμμένοι* et *ὕπτιοι* praedicatis addita sunt, sic etiam *σύμμετροι τὴν κατάστασιν* praedicatum nihil est nisi planior illius *κεκραμένοι ἐξ ἀμφοῖν* explicatio. Exspectabamus quidem non mixtam sed mediam vim his pedibus tribui, at praedicatum non satis aptum hoc loco facile eo excusatur, quod repetitio *μέσος* vocis in describenda ratione, qua *ῥυθμοὶ μέσοι* animos commoveant, utique vitanda fuit. Num vero omnia haec praecepta e vero rerum usu originem deduxerint, difficile est diiudicatu, siquidem nondum contigit certa exempla ut detegeremus pedum irrationabilium e decurtatis rationabilibus progenitorum. Nusquam enim, ut hoc tantum afferam, trochaeus cum dactylis spondeisve compositus ita scandendus videtur, quasi thesi praeditus sit irrationabili: $\acute{-}\,\underset{\smile}{\alpha}$, ne in fine quidem versuum acatalectorum ille spondei vice fungens, velut in hexametro[21]). Nam syllaba anceps in fine periodorum cum rhythmicum, qui in omnes species quadret, explicatum non habeat, id quod pro eo ac facillimum est intellectu satis demonstravit Westphalius[22]), non video quare cum eodem Westphalio[23]) ea tantum harum syllabarum genera, quae rhythmicis

20) Rossbach Metr. I. p. 44 sq. Caesar Rhythm. p. 91—103.

21) Hexametrum enim versum acatalectum esse testatur Aristoxenus ap. Mar. Vict. I, 17, 24, p. 83. Gaisf., cuius verba cur non plena receperit Westphalius in fragm. rhythm. Gr. p. 41, No. IV, nescio. Cf. Mar. Vict. ibid. § 8.

22) Metr. II^b p. 465 sq.

23) Metr. II^b. l. c. et p. 435 sq. Rhythm. p. 84 sq. Ceterum vel sic errat Westphalius, creticum in ordinum dactylicorum fine, si dactyli non cyclii sed tetrasemi sint, posse arbitratus pro pede irrationabili inter dactylum et creticum medio haberi. Cretici enim illius ultima syllaba si irrationabilis esset unum tempus primum et dimidium continens, ita ut inter duas huius pedis partes ratio esset $2 : 2\frac{1}{2}$ $\left(\frac{\acute{}}{2}\,|\,\frac{\smile}{1}\,\frac{\alpha}{1\frac{1}{2}}\right)$, non is revera mediam viam, quae est inter duos illos pedes rationabiles, teneret, quoniam inter dactyli rationem 2 : 2 et cretici 3 : 2 media non est $2 : 2\frac{1}{2}$ sed $2\frac{1}{2} : 2$, cuius potius esset pes talis $\underset{-}{\acute{\alpha}}\smile\,|\,\overline{\smile\smile}$ sive $\smile\underset{-}{\acute{\alpha}}\,|\,\overline{\smile\smile}$.

legibus adstringi nequeant, metrice, non eodem omnia modo explicemus. Unus restat pyrrichius in ordinum logaoedicorum initio trochaei loco positus, quem cum aliqua certe veritatis specie contendere possis trochaeum irrationabilem decurtatum esse arsi unius temporis et dimidii instructum: ά͜ ⏑. Quamquam enim vel hac in re cum Aristoxeno pugnamus nullum alium pedem irrationabilem esse testato[24]) nisi qui medium locum teneat inter rationabiles duos, ut trochaeus sive choreus irrationabilis inter dactylum et trochaeum sit, id quod in pyrrichium irrationabilem cadere nequit utpote interiectum inter pyrrichium et trochaeum (pyrrichium enim Aristoxenus El. rhythm. p. 302 in. omnino pedem esse negat):

–́ | ⏑   ά͜ | ⏑   ⏑́ | ⏑
2 : 1 $1\frac{1}{2}$: 1   1 : 1

tamen quaecunque apud principem illum atque antesignanum rhythmicorum Graecorum de pedibus irrationabilibus legimus (l. l. p. 292—296) cum praemonita ad tempus et revera eiusmodi sint, ut in ipsa ac propria harum rerum expositione, quae rhythmicorum pars elementorum aetatem non tulit, multa cum oporteat retractavisse, cogitari certe potest eum hac quoque in re leges antea latas accuratius circumscripsisse, et ita quidem ut irrationabilem talem pyrrichium quamvis rationabili repudiato admitterent. Etenim semel admonitus vel caecus videbit, omnia illa praecepta, secundum quae pedum irrationabilium quippe inter duos pedes rationabiles mediorum altera tantum pars, velut trochaei thesis, ′_α, paeonis arsis, ″_α | ′_, irrationabile tempus atque irrationabilis est totius pedis pars, non esse nisi ad simplices pedes accommodata, quoniam exempli causa in tetrapodia trochaica, quae est secundum Aristoxenum non pedum plurium coniugatio sive periodus sed singularis pes, si et in sublationem et in positionem trochaeum irrationabilem recipit, ut ratio utriusque partis sit $6\frac{1}{2} : 6\frac{1}{2}$, harum omnium conditionum nulla servata est, cum ea ipsa re utraque tempus irrationabile totiusque pedis semissis id est rationabilis pars et utriusque ratio inter eurhythmam 6 : 6 et arrhythmam 7 : 7 media sit, sin arsin tantum continet dimidia temporis primi parte auctam, rationem ea ad thesin eandem habet quam $6\frac{1}{2} : 6$, hoc est mediam inter duas arrhythmas 7 : 7 et 7 : 6, et si thesis sola eodem modo producitur, plane contra rei naturam in rationabili pede nunquam laesam[25]) arsi thesis haec longior fit. Omnes tamen hos pedes esse irrationabiles quis est qui negare queat! Ergo ita

24) El. rhythm. p. 292—294.

25) Quod enim contendit Westphalius Rhythm. p. 38 sqq., Metr. II^b. p. 381 sqq., qui caute veritatem exploret, cum tradita Aristoxeni verba l. c. p. 288 = Psell. § 14 *ἐκ τριῶν (χρόνων συγκεῖνται) δύο μὲν τῶν ἄνω ἑνὸς δὲ τοῦ κάτω, οἱ δὲ ἐξ* (pro his tribus verbis apud Psellum *ἢ* legitur) *ἑνὸς μὲν τοῦ ἄνω, δύο δὲ τῶν κάτω* servare debere, ipse tamen opus esse mutatione concedit, cum rectius haud dubie secundum ultima huius ipsius loci verba p. 290 *διὰ τί δὲ οὐ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων κ. τ. λ.* et alium Aristoxeni locum (apud Psellum § 12) pedes statuendi sint non modo qui duo triave, sed etiam qui quatuor tempora podica habeant. Ergo hoc tantum quaeritur utra lenior sit corrigendi ratio si ex hoc loco illum emendantes pro *ἑνὸς μὲν τοῦ* scribamus *δύο μὲν τῶν*, an si cum Westphalio ex hoc illi addamus praelata Pselli lectione haece: *οἱ δὲ ἐκ τεττάρων, δύο μὲν τῶν ἄνω, δύο δὲ τῶν κάτω*, et simul ex illo in hunc transferamus *ἢ βάσει καὶ διπλῇ ἄρσει* verba, cum hic tantum legatur *ἄρσει καὶ διπλῇ βάσει*. Weilius quomodo in censura libri de rhythmis antiquis Westphaliani posteriorem emendandi rationem tacite comprobare potuerit difficile sane est intellectu, mihi sobriae mentis homo non posse negare videtur, diu de hac re verissime Caesarem statuisse neque dum ullo modo refutata esse quae contra Westphalium ille observaverit Rhythm. p. 287 sq. Sed Westphalius vereor ne credat falsa saepius repetita postremo vera fieri.

mutanda est regula Aristoxeni, ut in simplicibus tantum pedibus valeat et praeterea forsitan pyrrichius excipiatur, compositi vero huic generi pedum illi addantur, qui e monopodiis rationabilibus et irrationabilibus commixti sint.

Sed tempus est ad secundam artis rhythmicae Aristideae partem transire. In qua tractanda nolo repetere quae optime iam Westphalius enucleavit, sed in una quidem re et gravissima errasse mihi videtur. Minus enim recte contendit, apud huius partis auctorem vocabula *ῥυθμὸς* et *πούς* (cf. p. 38 fin. p. 36 in. = p. 54, 3 Westph. 51, 12 Caes.) idem valere, meque ipsum olim erroris eius participem fuisse ingenue confiteor. Rhythmum potius huic auctori et singularem pedem dici, quem metricorum more, si excipimus trochaeum semantum et orthium, non ultra dipodiae longitudinem extendit, et plurium pedum copulationem inde intellegitur, quod rhythmis mixtis, qui modo simplices sive incompositi sunt modo compositi, praeter choriambum et antispastum etiam diiambum et ditrochaeum positione et sublatione rationabili vel utraque irrationabili praeditos adnumerans omnes hos pedes, si dactyli sunt i. e. per dipodiam scanduntur — quaelibet enim dipodia uno paeone epibato excepto generis est dactylici — ita ut altera monopodia arsis alteraque thesis sit (*εἰς χρόνους ἀναλυόμενοι*, p. 36 in.), pro rhythmis habet simplicibus, ut patet e sententiarum perpetuitate, p. 39 sq. (p. 60, 3 sqq. Westph. 55, 6 sqq. Caes.). Perversam omnino esse hanc choriambi percutiendi rationem ″– ⏑ | ⏑ –́ aut –́ ⏑ | ⏑ –″ verbo monuisse satis est, illud autem luce clarius ex hoc loco apparet, si duabus potius monopodiis feriantur itaque duo pedes sive simplices rhythmi fiant (*εἰς ῥυθμοὺς ἀναλυόμενοι*), has quidem series, quamquam praeter choriambum et antispastum ne compositi quidem sint rhythmi, cum nomen id apud hunc auctorem, ut iam supra dixi, rhythmis tantum inditum sit diversas monopodias aut dipodias complectentibus, unde fit, ut vocabulum proprium ei trochaei cum trochaeo iambique cum iambo copulationi, qua non in unum pedem ambo coalescant, omnino desit, has igitur series latiore tamen sensu in compositorum numerum rhythmorum recipi contra eam a qua auctor profectus est definitionem. Minime igitur secum ipse pugnasse, ut ait Westphalius, putandus est quod pyrrichio inter rhythmos ideoque ionicis inter mixtos rhythmos, ut et in arsin thesinque: ⏑⏑–́ | – aut ⏑⏑ | –́ –, – | –́ ⏑⏑ aut –́ – | ⏑⏑ et in duos pedes: ⏑́⏑ || –́ –, –́ – || ⏑́⏑ resolvi possint, locum tribuit et nihilominus proceleusmaticum, spondeum duplicem, trochaeum semantum, paeonem epibatum in simplicium numero habuit[26]) sed id quidem recte scivit neque proceleusmaticum unquam ita scandi, ut binae eius breves syllabae singuli pedes sint, neque paeonem epibatum ita, ut in spondeum et molossum disiungatur, neque spondeum duplicem, trochaeum semantum, orthium ita, ut duae tresve eorum tetrasemae syllabae totidem pedes forment. Quos autem praeter omnes hos longiores pedes et praeter mixtos rhythmis simplicibus adnumerat, revera pedes simplices sunt ex Aristoxenea quoque determinatione, pyrrichium dico, quem tamen e pedum numero ab Aristoxeno prorsus esse exclusum supra iam animadversum est, deinde trochaeum et iambum, dactylum et anapaestum nec non paeonem diagyium pedesque ex eis omnibus aut per contractionem aut per solutionem aut per utramque oriundos, et compositi rhythmi de huius auctoris sententia omnes

26) Cf. adn. 15.

non singuli pedes sunt, sed plurium pedum id est aut monopodiarum aut dipodiarum complexus. Verumtamen gravissime lapsum eundem esse in posteriore scandendorum ionicorum ratione, quae profecto absurdissima est, nemo inficiabitur. Neque minus adversus suum ipsius modum terminandi eo peccavit, quod locis allatis p. 36 in. 38 fin. de simplicibus non rhythmis sed pedibus loquitur, quamquam pedes, si sibi constare voluerit, ex ipsius doctrina semper esse simplices consentaneum fit, quia etiam pedes breviores, in quos per percussionem dipodiae dividuntur, secundum ipsius verba non pro rhythmis completis sed pro temporibus tantum podicis habendi sunt. Male praeterea dicit p. 36 in. *σύνθετοι δὲ οἱ ἐκ δύο γενῶν ἢ καὶ πλειόνων συνεστῶτες, ὡς οἱ δωδεκάσημοι* ◡ – | – ◡ | ◡ – | ◡ –, cum trochaei et iambi, e quibus falsissime hos rhythmos constare opinatur[27]), non diversi generis sint sed intra eiusdem fines sibi contrarii pedes, et cum ipse deinde p. 39 (p. 59, 1 sqq. Westph. 54, 8 sqq. Caes.) tamquam peculiarem speciem rhythmorum compositorum eos afferat, qui e diversis generibus mixti sint, velut dochmii et prosodiaci, unde fit, ut rhythmorum mixtorum nomen duabus significationibus diversissimis adhibeatur, id quod ipse indicat his verbis *εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι ῥυθμοὶ μικτοί* p. 39 fin. (p. 60, 3 Westph. 55, 6 Caes.). Quin adeo, si Westphalio[28]) crederemus, tertia hoc ipso loco eis tribuenda esset vis, secundum quam rhythmi imcompositi monopodiae, mixti dipodiae essent appellatac. At ne verbo quidem hic indicatur talis notionis mutatio, immo ut supra p. 36 in. eorum rhythmorum mixtorum, qui modo in tempora podica modo in pedes dividuntur, id est modo incompositi modo compositi sunt, exempla *οἱ ἑξάσημοι* afferuntur atque horum hexasemorum duo, choriambus et antispastus, si compositi sunt, p. 37 (p. 56, 13 sqq. Westph. 52, 19 sqq. Caes.) tractantur, sic hoc loco de omnibus his hexasemis praeter ionicos ita agitur, ut, cum expressis verbis etiam choriambi et antispasti ratio habeatur, alter solus eorum disponendorum modus appareat. Quamobrem, donec argumentis aut probetur Westphali explicatio aut reprobetur quam ego supra proposui, in hac altera acquiescendum erit. Quaecunque autem adhuc in tota hac parte vituperavi vix Aristidis demum culpa intrusa esse, sed quasi in media eius, quem secutus est, doctrina insedisse neminem fugit. Ceterum si vera sunt quae disserui, dochmium ab hoc auctore non unum pedem habitum esse, ut habetur apud Schol. Heph. p. 60 et Etym. M. p. 285, sed duos apparet, quae haud dubie Aristoxeni quoque sententia fuit.

Iam nullam esse causam patet, qua cum Westphalio[29]) sumamus Aristidem aliter vocabulo *ῥυθμοῦ* usum esse in quarta institutionem rhythmicarum parte et ita quidem, ut totas potius ea vox compositiones rhythmopoeticas significet. Primum enim p. 97 in. (p. 63, 17—19

27) Duplici ratione errat Weilius l. l. p. 652 haec scribens: „ich muss gestehen, dass die jetzt beliebte theorie glyconischer und ähnlicher reihen... keinen gewährsmann aus dem alterthum hat, während dic theorie des Aristeides ... von sämmtlichen griechischen metrikern getheilt wird.“ A ceteris enim metricis antiquis non in disyllabos, sed tetrasyllabos pedes tales ordines esse discriptos satis notum est neque desunt omnia vestigia verae in unum dactylum et plures trochaeos divisionis, cf. Malli Theodori locum, quem unius e commilitonibus nostris sedulitati indicatum debeo, 4, 17 p. 541 Gaisf. et de phalaecio hendecasyllabo Mar. Vict. III, 1, 53. p. 203. Terent. Maur' 2545 sqq. —

28) Rhythm. p. 133.

29) Rhythm. p. 124—130.

Westph. 58, 19—21 Caes.) mentione facta rhythmorum qui ab arsi eorumque qui a thesi initium ducunt: *τῶν δέ ῥυθμῶν ἡσυχαίτεροι μὲν οἱ ἀπὸ θέσεων .... οἱ δὲ ἀπὸ ἄρσεως κ. τ. λ.*, cur potius eiusmodi discrimen inter totas compositiones rhythmopoeticas, in quibus eo tantum diversa huius rei vis et efficientia conspici potest, quod prima earum series rhythmica aut sublationem aut positionem habet praecedentem, quam discrimen inter omnes singulos pedes eiusdem generis, velut trochaei iambique, et diversorum generum, velut trochaei et anapaesti, indicari censeamus, difficile profecto dictu erit. Sequitur discrimen non rhythmicum sed rhythmopoeticum, quod inter pedes est sonis, syllabis, saltationis particulis expletos eosque, in quibus inest silentium, neque ab his verbis *καὶ οἱ μὲν (ῥυθμοὶ) τοὺς πόδας ἐν τοῖς περιόδοις ἔχοντες κ. τ. λ.* (p. 63, 19—22 Westph. 58, 21—59, 2 Caes.) ullo modo abhorret eadem rhythmorum notio, et ne dispar quidem priori loco vocis *περίοδος* usus, qua hic non ut supra (p. 36 in. 37 sq.) diversorum modo sed etiam aequalium pedum ordo ultra dipodiam progrediens designatur, auctorem alium prodit. Nonne enim ab eodem illic postea etiam rhythmorum compositorum significationem plane similiter latioribus finibus quam quibus antea eos incluserat tacite circumscribi supra vidimus? In tertia deinde differentia, quae est generum (p. 64, 1—28 Westph. 59, 2—60, 4 Caes.), etiam magis lubidinis erit ac licentiae, si quis Westphalium secutus, cum nudis verbis paeones epibati, simplices trochaei iambique, trochaei semanti et orthii rhythmi appellentur, tamen hoc non de singulis illis pedibus sed de totis canticis ex eis compositis dictum esse volet, simplicem ille et rectam verborum explicationem prae artificiosa et contorta spernens. Verba potius ista *καὶ οἱ μὲν ἁπλοῖ τῶν ῥυθμῶν τοιοίδε* (p. 64, 28 Westph. 60, 4 Caes.) una cum sequentibus *οἵ γε μὴν σύνθετοι κ. τ. λ.* eo clarius nobis eandem eiusdem auctoris notionem rhythmorum incompositorum et compositorum ante oculos ponunt, quod eorundem pedum longorum paeonis epibati, trochaei semanti, orthii, spondei duplicis (cf. p. 64, 8. 12 Westph. 59, 9. 11 sq. Caes. *εἰ δὲ διὰ μηκίστων κ. τ. λ. τοὺς δὲ μηκίστους κ. τ. λ.*) inter rhythmos simplices sescuplicis, duplicis, paris generis utroque loco mentionem facit. Nonne praeterea cum hi duo Aristidis loci aut omnem aut tantum non omnem contineant istorum pedum memoriam, vel hac ipsa re admodum verisimile fit, ab eiusdem scriptoris manu utrumque esse profectum? Sensit hoc ipse Westphalius, sed coniecturam, qua rem expedire conatus est suspicans[30]) etiam priorem Aristidis de his pedibus commentationem non e fonte C, sed e fonte A esse derivatam, infelicissime esse factam certo concedet quicumque observaverit etiam in paeone epibato describendo proprietatem illam fontis C qua duae in positione aut sublatione syllabae pro totidem positionibus aut sublationibus venditantur, quae non apud Aristidem solum sed etiam apud Bacchium (p. 25 Meib. 67, 33 Westph.) visitur, denuo manifestam fieri, p. 38 sq. (p. 58, 13—15 Westph. 54, 3 sq. Caes.)[31]). Eadem praeterea negligentia, quam in superiore loco identidem deprehendimus, etiam hic apparet, cum de duplice tantum paeonis epibati positione et de sublationis longitudine auctor loquatur (p. 64, 21—23 Westph. 59, 19—21 Caes.)‘

30) Metr. II^b. p. 168.

31) Vid. not. 9.

quasi sublatio non duplicata sit[32]). Verborum deinde ipsorum quae secuntur *οἵ γε μὲν σύνϑετοι κ. τ. λ.* tantum abesse ut admittenda omnino sit interpretatio a Westphalio excogitata, ut quovis pacto cum doctrina congruant in fonte C de rhythmis compositis exprompta, optime iam demonstravit Weilius[33]). Hoc unum adicio me non intellegere, quomodo rhythmi compositi, si hoc loco sint compositiones rhythmopoeticae, in quibus *μεταβολὴ* insit, id est transitus ad aliud genus rhythmi, ab eis differant, ad quos verbis inferius demum scriptis *οἱ δὲ μεταβάλλοντες* p. 65, 7 Westph. (60, 15 Caes.) transitur. Plerumque igitur, inquit (p. 64, 29—65, 5 Westph. 60, 4—14 Caes.), non paris sive dactylici generis sunt pedes, e quibus constant rhythmi compositi neque eorum numerus semper eundem ordinem servat, id quod minus in rhythmos eiusmodi breviores i. e. *κατὰ συζυγίαν* compositos valet quam in eos qui maiorem pedum simplicium numerum complectuntur, qui supra *κατὰ περίοδον* compositi appellati sunt.

Eo magis autem miror Weilium[34]) haec scribere potuisse: „die unterscheidung „der verschiedenen stücke des ersten buchs ist durch Aristeides eigne erklärung voll„kommen gerechtfertigt: er sagt ausdrücklich, jene mittlere partie C sei denjenigen entlehnt, „welche rhythmik und metrik mit einander verbinden, *οἱ συμπλέκοντες τῇ μετρικῇ ϑεωρίᾳ τὴν* „*περὶ ῥυϑμῶν*, das folgende den reinen rhythmikern.“ Nusquam enim Aristides hoc dicit, sed id tantum inest in verbis eius, quae in transitu a secunda artis rhythmicae parte ad tertiam leguntur p. 40 (60, 16 sqq. Westph. 55,17 sqq. Caes.), ut, cum in parte antecedente *τῶν συμπλεκόντων* rationem ad rhythmos compositos pertinentem descripserit, iam in sequentibus se docturum esse nuntiet quomodo *οἱ χωρίζοντες* rem instituant: *οἱ μὲν οὖν συμπλέκοντες τῇ μετρικῇ ϑεωρίᾳ τὴν περὶ ῥυϑμῶν τοιαύτην τινὰ πεποίηνται τὴν τεχνολογίαν, οἱ δὲ χωρίζοντες ἑτέρως ποιοῦσιν· ἀρξάμενοι γὰρ κ. τ. λ.*: rationes vero utrorumque utrum eundem librum an diversos secutus descripserit, de hac re plane nihil dixit. Cum autem porro *τῶν χωριζόντων* proprium esse dicat multis rhythmis silentium unius aut duorum temporum primorum tribuere, p. 40 fin., discrimen illud, de quo in quarta parte secundo loco (p. 63, 19—22 Westph.) agi diximus, inter rhythmos completos (*ὁλοκλήρους*) et temporibus inanibus hic illic interruptos nequaquam in libro scriptoris tractatum esse potuit, qui *συμπλεκόντων* tantum rationem secutus sit. Qua e re quod iam suspicari licet, etiam tertiae huius partis rhythmicae artis ab Aristide traditae fontem unum eundemque esse cum quarta ideoque etiam cum secunda, sed non cum prima, id ex eo loco qui est de variis transitus in aliud genus rhythmi aut agoges generibus, p. 42 (p. 62, 11—21 Westph. 57, 13—18 Caes.) tam dilucide apparet, ut Westphalius ipse difficillimi huius loci verba *ἢ ὅταν ἐξ ἀσυνϑέτου εἰς μικτὸν* et *ἐκ μικτοῦ εἰς μικτόν* explicaturus non potuerit

32) Aliter quidem rem enodare conatus est Caesar Rhythm. p. 263 *τῇ διπλῇ ϑέσει* verbis, si recte intellego, alteram arsin e duabus longis syllabis constantem significari existimans, at vel sic nullo modo excusatur, quod de sublationis non sublationum longitudine (*τῷ μεγέϑει τῆς ἄρσεως*) scriptor locutus est eamque positionis duplicitati opposuit, cum non una, sed duae sint huius pedis leviores partes, quarum utraque utramque graviorem non longitudine antecellat, sed alteri aequalis alterius semissis sit. Praeterea, ni vehementer fallor, verba haec *διπλασιάζων τὰς ϑέσεις* p. 38 (p. 58, 7 sq. Westph. 53, 16 sq. Caes.), ad quae ibi provocat Caesar, ipse aliter explicuit p. 182 sq.

33) L. l. p. 650 sqq.

34) L. l. p. 650.

non recurrere ad commentationem quae est de ratione *τῶν συμπλεκόντων*[35]). Sed de vera et incompositorum et mixtorum rhythmorum notione eum errasse iam supra demonstratum est. Nec firmiore fundamento nituntur quae de Bacchii cum Aristide in variis metaboles modis enumerandis consensu disseruit[36]). Quamquam enim recte Bacchii locum corruptissimum p. 14 Meib. (p. 68, 22 sqq. Westph.) transpositis verbis suppletisque, quod quidem ad sensum attinet, mihi sanasse videtur, mero tamen arbitratu e Bacchio in lacunosum sine dubio locum Aristidis intrudit metabolen *κατὰ ἦϑος* et *κατὰ ῥυϑμοποιίας ϑέσιν*, id quod iam ante eum fecit Rossbachius[37]). Hac igitur explicatione repudiata omnes species praeter eam quae est *κατ᾽ ἀγωγήν*, et servatas et librariorum errore omissas, *μεταβολῇ ῥυϑμῶν* adnumerandas esse firmiter tenebimus. Neque minus vera notione rhythmorum incompositorum sive monopodiarum et mixtorum id est modo per monopodiam modo per dipodiam percussorum constanter retenta, transitum ex incomposito in compositum, e composito in compositum, e composito in mixtum desiderari, cum non solum ex incomposito in mixtum verum etiam e mixto in mixtum metabole commemoretur, negari nullo modo potest. Nequeo enim Caesari[38]) adstipulari verbis illis *κατὰ λόγον ποδικὸν ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς ἕνα μεταβαίνῃ λόγον* transitum ex incomposito in incompositum alius generis rhythmum ideoque sequentibus verbis *ἢ ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς πλείους* metabolen ex incomposito in compositum significatam esse statuenti, quoniam in rhythmorum compositorum et incompositorum definitionibus supra (p. 36) lectis haec *οἱ ἐκ δύο γενῶν ἢ καὶ πλειόνων συνεστῶτες* et *οἱ ἑνὶ γένει ποδικῷ χρώμενοι* non de generis tantum diversitate aut consensu, sed negligenter etiam de eiusdem generis pedum oppositione aut parilitate dicta esse, et antea a me expositum et ab ipso Caesare[39]) animadversum est. Cum tamen vel tribus illis metaboles generibus adiectis quattuor tantum pedum differentiae, quae sunt secundum genus, secundum compositionem, secundum rationabilium aut irrationabilium generum usum, secundum opositionem, ius suum ac potestatem adipiscantur, deesse praeterea videntur etiam *μεταβολὴ κατὰ μέγεϑος, κατὰ διαίρεσιν, κατὰ σχῆμα.* Quae si vera sunt, lectio codicis Leidensis *δεκατέσσαρας* pro *δώδεκα* unice est probanda, verba *κατὰ λόγον ποδικόν* latiore sensu, ut idem quod *κατὰ ῥυϑμὸν* valeant, accipienda, totus locus in hunc fere modum formandus:

I) *κατ᾽ ἀγωγήν* (1),
II) *κατὰ λόγον ποδικόν*,
2) *ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς ἕνα μεταβαίνῃ λόγον*
3) *ἢ ὅταν ἐξ ἑνὸς εἰς πλείους·*
4) *ἢ ὅταν ἐξ ἀσυνϑέτου εἰς * σύνϑετον **
5) * *ἢ ἐξ ἀσυνϑέτου εἰς * μικτὸν*
14) *ἢ ἐκ μικτοῦ εἰς μικτὸν*
6) * *ἢ ἐκ συνϑέτου εἰς μικτόν* *

35) Rhythm. p. 133.
36) Rhythm. p. 130 sqq.
37) Metr. I. p. 167 sqq.
38) Rhythm. p. 244 sqq.
39) L. l. p. 147 sq.

7) * ἢ ἐκ συνθέτου εἰς σύνθετον· *
8) ἢ ἐκ ῥητοῦ εἰς ἄλογον·
9) ἢ ἐξ ἀλόγου εἰς ἄλογον·
10) ἢ ἐκ τῶν ἀντιθέσει
11) * ἢ μεγέθει *
12) * ἢ διαιρέσει *
13) * ἢ σχήματι * διαφερόντων εἰς ἀλλήλους.

Iam ut omnia quae adhuc disputavi una complectar, duo tantum fuerunt Aristidi in tractanda rhythmica arte, quos transcriberet, libri, quorum alter, quem, ni valde fallor, inde a p. 36 continuo secutus est, ne interdum quidem ad fontem priorem reversus, et *συμπλεκόντων* et *χωριζόντων* rationes secundum diversos fontes delineaverat. Diversos fontes propterea dixi, quia, cum contra Caesarem[40]), quantum adhuc video, recte Westphalius[41]) demonstraverit aliam esse in ea parte, in qua de *χωριζόντων* doctrina agatur, rhythmorum compositorum notionem eamque Aristoxeneae pedum compositorum definitioni maxime affinem, haec in eodem vocabulo sensus mutatio ne verbo quidem indicata nisi tali modo explicari non posse videtur. Si autem ita se res habet, sequitur, musicae artis compendium illud, quod sibi finxit Westphalius, aut prorsus non extitisse aut rhythmica saltem iam eodem modo quo apud Aristidem legantur ex Aristoxeno alteroque Aristidis fonte conglutinata habuisse, metrica omnino non continuisse. In Bacchii autem doctrina rhythmico-metrica compluria inveniri, quae cum metrici illius scriptoris, cuius unius ratio sub *τῶν συμπλεκόντων* nomine lateat, dogmatum conexu arte cohaereant, inficias ire nolo[42]), quamquam sunt apud eum quoque, quae cum Aristide minime concinant. Ut enim unum afferam, apud Aristidem orthius appellatur tripodia dactylica in tres quattuor temporum longitudines ita contracta, ut levis huius pedis pars primum locum obtineat: ⊔́ ⊔‴ ⊔″, apud Bacchium (p. 25) vero iambus irrationabilis > –́ [43]), nec non bacchii nomine apud Bacchium ionicus a minore, apud Aristidem (p. 37) choriambus et antispastus significantur[44]). Sed id quidem certum est, si vera adhuc proposui, neque Aristoxeni elementis rhythmicis in epitomes formam redactis neque altero Aristidis rhythmico fonte non solum *συμπλεκόντων* sed etiam *χωριζόντων* rationes complexo, sed libro tantummodo *τῶν συμπλεκόντων* doctrinam secuto sive ipsius metrici illius scriptoris sive, id quod verisimilius est, posterioris, qui eum exscripserit, Bacchium in hac libelli sui parte uti potuisse, atque ex p. 23 intellegitur libri auctorem illius post Nicomachi demum tempora vixisse. Ei denique qui e diversis

40) L. l. p. 255 sqq.

41) Rhythm. p. 52—59.

42) Qua de re praeter Westphalium (Metr. II*b*. p. 151. 164) comparandus est etiam Caesar l. l. p. 166. 208 sqq.

43) Scripsit quidem Westphalius Rhythm. p. 80: „wir werden später unsere Zweifel geltend machen, ob der Name *ὄρθιος* hier an seiner richtigen Stelle steht," sed promissi huius oblitus esse postea videtur.

44) Quae de metabole apud utrumque scriptorem legimus, nisi violentius alterum ex altero corrigamus, multum inter se differre. supra iam demonstratum est.

auctoribus ea conscripsit, quae Aristides in secunda, tertia, quarta artis suae rhythmicae parte compilavit, quamquam laus aliqua non denegabitur, tamen ne praetermittenda quidem est pessima illa rerum dispositio in adumbranda vi diversa diversorum rhythmorum, qua factum est, ut rhythmica discrimina rhythmopoeticis et rhythmopoetica rhythmicis, et differentiae, quae rhythmum, eis quae agogen, et illae quae agogen eis quae rhythmum spectant, et eae, quae sine metabole fiunt eis, quae hac ipsa metabole efficiuntur et haec illis committerentur, denique summa imis miscerentur.

Finita hac disputatione haud ab re erit pauca addere de vera vi ac significatione discriminum, quae inter pedes esse possunt per divisionem (*κατὰ διαίρεσιν*) et per figuram (*κατὰ σχῆμα*), cum hac quoque de re neque cum Caesare neque cum Westphalio consentire neque nunc quoque quae ipse olim statui ab omni parte probare queam. Etenim mihi quidem divisio ista neque ea esse posse videtur, qua pedes in partes suas principales duas, neque ea, qua hae ipsae partes in pedibus compositis plurimis in tempora podica secundaria dividuntur, siquidem illa generum potius discrimen nititur et haec differentiis, quae sunt per compositionem (*συνθέσει*) et per genus, iam est comprehensa. E generum enim discrimine ita pendet temporum podicorum numerus, in quae pedes compositi discribuntur, ut qui generis paris sint, duo, qui duplicis, tria, qui sescuplicis, quattuor contineant. Male igitur Westphalius[45]), cum dicat Aristoxenus (l. l. p. 298) divisione eos pedes longitudine aequales inter se differre, quorum membra aut diversa et numero et longitudine aut sola longitudine sint, exempla affert prioris rationis dipodiam paeonicam, generis paris pedem ideoque duo tantum *σημεῖα* continentem: –″ ⏑ – | –́ ⏑ –, et paeonem epibatum, qui ut pes compositus sescuplex est quadripartitus: –″ | –́ || –‴ – | –́, nec non tripodiam paeonicam et pentapodiam dactylicam tetrapodiamque trochaicam et tripodiam dactylicam, etiam peius posterioris dipodiam trochaicam et ionicum, quorum utriusque non nisi duo illa tempora podica principalia extant. Rectius haud dubie, quamquam me iudice ne sic quidem rem acu tetigit, vir doctissimus adicit, posse etiam divisionem eam intellegi, qua pes compositus in pedes simplices sive monopodias dissolvatur, ut paeon epibatus spondeum et molossum complectens et dipodia paeonica posterioris potius rationis exemplum praebeant, sed alteram praefert explicationem propterea sine dubio, quod hanc ipsam divisionem ei differentiae, quae est per figuram, reservare maluit. Statuit enim verbis Aristoxeni (l. l. p. 298—300) his: *σχήματι δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ὅταν τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ αὐτοῦ μεγέθους μὴ ὡσαύτως ᾖ* esse *διῃρημένα* vocabulum addendum, non, quod apud Psellum § 16 additum legimus, *τεταγμένα*, sed in Pselli loco non minus haud dubie lacunoso, cum in eo desideretur differentiae *κατ' ἀντίθεσιν* mentio ac definitio, hanc ipsam vocem esse potius clausulam definitionis huius amissae. At hac rei expediendae ratione recepta septem illa pedum discrimina, quae tradiderunt et Aristoxenus et Aristides, non omnia comprehendunt, quae revera extant. Ut enim hoc exemplis demonstrem, quaenam est, si sequimur Westphali explanationem, choriambi et ionici, quaenam dipodiarum iambicae et trochaicae vel dactylicae et anapaesticae, in quarum utraque vel

45) Rhythm. p. 45—52. 62 not., cf. Metr. II*a*. praef. p. XLVII sqq.

prior monopodia arseos et posterior theseos vel haec illius et illa huius locum obtinet, differentia? Nullo profecto septem illarum omnium. Contra ea τεταγμένα lectione probata membra eadem, quorum ordo diversus diversam figuram efficit, sine dubio sunt ea divisione producta, qua, si non eadem sunt, differentia pedum, quae est per divisionem generatur. Iam igitur ea ipsa exempla, ni admodum fallor, verum monstrant. Pedibus enim longioribus non in monopodias tantum, sed etiam his ipsis monopodiis in arsin thesinque divisis nec non eodem modo etiam pedum simplicium arsi, si pedis quoque singularis partes agere potest, disiuncta membra divisionis inter se aut longitudine et gravitate aut sola gravitate diversa sunt eadem in choriambo et in ionico, in dipodiis trochaica et iambica, in dipodiis dactylica et anapaestica, sed alius est eorum ordo:

–′ | ⏑ ⏑ ‖ –   ⏑ ⏑ | –′ ‖ –
–″ | ⏑ ‖ –′ | ⏑   ⏑ | –″ ‖ ⏑ –′
–″ | ⏑ ⏑ ‖ –′ | ⏑ ⏑   ⏑ ⏑ | –″ ‖ ⏑ ⏑ | –′

contra ea ipsa membra diversa sunt et numero et longitudine e. c. in dipodia ionica vel choriambica et in tetrapodia trochaica, pedibus eiusdem generis paris, omnibusque aliis ordinibus qui genere non diversi e diversis monopodiis constant:

–″ | ⏑ ⏑ | – ‖ –′ | ⏑ ⏑ | –   –″ | ⏑ | – | ⏑ ‖ –′ | ⏑ | – | ⏑
2 2 2 2 2 2   2 1 2 1 2 1 2 1

sola vero longitudine in tripodiis trochaica et logaoedica vel duabus logaoedicis, quarum altera unum altera plures dactylos habet, si dactylum cyclium cum Caesare ita metimur, ut arsi unum tempus primum et semissem et utrique theseos syllabae tres temporis primi quadrantes impertiamus:

–‴ | ⏑ | –″ | ⏑ | –′ | ⏑   –‴ | ⏑ | –″ | ⏑ ⏑ | –′ | ⏑   –‴ | ⏑ ⏑ | –″ | ⏑ ⏑ | –′ | ⏑
2 1 2 1 2 1   2 1 1½ 1½ 2 1   1½ 1½ 1½ 1½ 2 1

figura denique differunt praeter exempla allata etiam series logaoedicae eiusdem longitudinis parique dactylorum numero praeditae, quorum tamen locus est diversus:

–‴ | ⏑ ⏑ | –″ | ⏑ | –′ | ⏑   –‴ | ⏑ | –″ | ⏑ ⏑ | –′ | ⏑.
1½ 1½ 2 1 2 1   2 1 1½ 1½ 2 1

Quae si vera sunt, utrumque discrimen eorum tantum est pedum qui non modo longitudine verum etiam genere sunt aequales neque intra eiusdem generis fines sibi contrarii. Sed de hac tota re alio tempore accuratius est agendum.

I) SCHOLAE THEOLOGORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. C. WIESELER, p. p. o. dec.

I) Privatim 1) evangelium Joannis apostoli usque ad historiam passionis quater p. h. h. X interpretabitur; 2) introductionem in libros Novi Testamenti historico-criticam quater p. h. h. XII tradet. — II) Publice seminarii theologici exercitationes in Novo Testamento interpretando die Iovis h. VI moderari perget.

Dr. C. A. T. VOGT, p. p. o.

I) Privatim dogmaticen evangelicam tradet quinquies p. h. h. XI. — II) Seminarii theologici exercitationes dogmaticas moderabitur d. Martis h. VI. — III) Progymnasmata homiletica diriget d. Merc. h. h. III et IV.

Dr. I. GUIL. HANNE, p. p. o.

I) Privatim systema theologiae practicae h. XII quater adumbrabit. — II) Publice progymnasmata catechetica d. Merc. h. II.

Dr. L. DIESTEL, p. p. o.

I) Privatim 1) introductionem in libros Veteris Testamenti canonicos tradet quater p. h. h. IX; 2) librum Iobi interpretabitur quater p. h. h. V. — II) Publice seminarii theologici exercitationes in Vetere Testamento interpretando dirigere perget die Veneris h. VI.

Dr. O. ZOECKLER, p. p. o.

I) Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem primam sexies h. VIII enarrabit; 2) historiam dogmatum christianorum quinquies h. III. — II) Publice exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderari perget die Lunae h. VI.

II) SCHOLAE IURECONSULTORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. C. F. W. I. HAEBERLIN, p. p. o. dec.

I) Publice historiam confoederationis Germanicae tradet hora adhuc definienda.

II) Privatim 1) ius publicnm Germanicnm quater p. h. h. X; 2) historiam iuris et imperii Germanici quinquies p. h. h. XI docebit.

Dr. F. A. NIEMEYER, p p. o.

I) Publice examinatorium de iure institutionum d. Sat. h. XI habebit. — II) Privatim institutiones iuris Romani quinqnies p. h. h. XI tradet.

Dr. C. TH. PÜTTER, p. p. o.

I) Publice de inre matrimonii dispntabit d. Sat. h. XI et XII. — II) Privatim 1) ius ecclesiasticnm docebit, praemissa eius brevi historia qninis p. h. lectionibus h. XI; 2) encyclopaediam et methodologiam iuris, duce libro sno „Inbegriff der Rechtswissenschaft" quinquies p. h. h. XII.

Dr. E. I. BEKKER, p. p. o. rector.

I) Publice exercitationes seminarii iuridici quae ius Romannm spectant moderari perget, d. Mart. h. V et VI. — II) Privatim pandectas docebit quinquies p. h. h. IX et X.

Dr. K. WIEDING, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminarii iuridici processuales d. Lun. h. V et VI moderabitur. — II) Privatim 1) ius criminale quinquies p. h. h. XI tractabit; 2) processum criminalem qnater p. h. h. XII docebit.

Dr. C. T. O. FRANKLIN, p. p. o.

I) Privatissime et gratis exercitationes seminarii iuridici, qnae ius germanicum spectant, moderabitur d. Sat. h. XI et XII. — II) Privatim ius privatum Germanicum quinqnies p. h. h. XI et XII.

Dr. H. WITTE, p. p. o.

I) Publice tit. Dig. de acquirenda vel am. rer. poss. 41, 2 interpretabitnr d. Satnrni h. IV. — II) Privatim historiam iuris Romani et institntiones docebit quater h. X et XI.

III) SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. IULIUS BUDGE, p. p. o. dec.

I) Publice anatomiam organorum sensus tradet d. Sat. h. XII. — II) Privatim 1) anatomiam c. h. nniversam docebit quinquies p. h. h. VIII—X; 2) exercitationes anatomico-practicas moderabitnr sexies p. h. h. XI—I et II—IV.

Dr. C. A. S. SCHULTZE, p. p. o

Publice anatomiam cordis et arteriarnm corporis hnmani tradet diebus Lnnae et Martis hora X.

Dr. H. A. BARDELEBEN, p. p. o.

I) Pnblice de akiurgia disseret dieb. Lunae et Iovis h. VIII—IX. — II) Privatim 1) chirurgiam generalem et specialem docebit dieb. Martis, Mercurii, Veneris et Satnrni h. VIII—IX, dieb. Lun., Mart., Iovis, Veneris h. VI—VII; 2) exercitationes clinicas chirurgicas et ophthalmiatricas moderabitur quotidie h. X et dimid. nsque ad h. XII.

Dr. H. C. A. PERNICE, p. p. o.

I) Publice disseret de morbis neonatorum d. Iov. h. III. — II) Privatim 1) theoriam artis obstetriciae docebit ter p. hebd. h. III; 2) exercitationes clinicas et policlinicas obstetricias operationesque in phantomate instituendas moderabitur quotid. h. XII.

Dr F. GROHE, p. p. o.

I) Publice de tumoribus disseret, semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) pathologiam et therapiam generalem adiuncta anatomia pathologica cum demonstrationibus tradet dieb. Lun., Mart., Merc, Iov., Ven. h. V; 2) cursum anatomes et physiologiae pathologicae practicnm instituet dieb. Mart., Merc., Iov. et Ven. h. VIII—IX.

Dr. F. LAURER, p. p. o.

I) Publice 1) artem formulas medicas praescribendi diebus Merc. et Sat. h. VIII — IX docebit; 2) repetitorium de pharmacologia speciali diebus Merc. et Sat. h. IX—X instituet. — II) Privatim 1) toxicologiam tradet diebus Lun., Iov. et Vener. h. IX—X; 2) pharmacologiam generalem exponet dieb. Mart. et Veneris h. VIII—IX.

Dr. F. MOSLER, p. p. o.

I) Publice psychiatriam generalem tradet coninnctis demonstrationibus clinicis psychiatricis die Saturn. h. XII—I. — II) Privatim 1) pathologiae et therapiae partem alteram docebit dieb. Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, Vener. h. IV—V; 2) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur quotid. h. IX—X et dimid.

2) PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

Dr. C. F. EICHSTEDT, p. p. e.

I) Publice exercitationes obstetricias in phantomate instituet d. Merc. h. II. — II) Privatim de operationibus obstetriciis disseret d. Lnn. et Iov. h. II.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. G. HAECKERMANN, priv. doc.

I) Publice de politia medica disseret dieb. Mart. et Saturn. h. V—VII. — II) Privatim de medicina forensi dieb. Lun., Merc. et Vener. h. V—VII.

Dr. A. BENGELSDORFF, priv. doc.

Publice de nutrimentis, eornmque usn diaetetico bis per hebd. disseret dieb. Merc. et Saturni h. IX.

Dr. R. SCHIRMER, priv. doc.

I) Publice de ocnlornm refractione et accommodatione perturbatis disseret semel per hebd. hora adhnc definienda. — II) Privatim 1) exercitationes ophthalmoscopicas moderabitur dieb. Iovis et Vener. h. IV; 2) exercitationes in oculorum morbis dignoscendis dieb. Merc. et Sat. hora III instituet.

Dr. HEINEKE, priv. doc.

I) Publice morbos cutaneos et venereos per semestre occurrentes demonstrabit die Iovis hor, III. — II) Privatim anatomiam chirurgicam docebit cum demonstrationibus in cadavere et in homine vivo, die Lun., Mart. et Merc. hor. III.

Dr. H. HERTZ, priv. doc.

I) Publice investigationes secretorum et excretorum microscopicas moderabitur die Iov. h. III. — II) Privatim cursum histologiae normalis instituet dieb. Lunae, Mart., Iov. et Veneris h. IV.

Dr. L. LANDOIS, priv. doc.

I) Privatim anatomiam microscopicam cum demonstrationibus docebit diebus Lun., Martis et Vener. h. V—VI. — II) Privatim repetitorium anatomiae systematicae sexies p. hebd. hora adhuc definienda per priorem semestris partem instituet.

Dr. P. KRABLER, priv. doc.

I) Privatim de diagnostice physicali, ter per hebd. horis definiendis. — II) Privatissime repetitorium et examinatorium de materia medica et de arte formulas medicas rite concinnandi, sexies per hebd. per priorem semestr. partem, horis definiendis.

Dr. I. KIRCHNER, priv. doc.

Privatim 1) otiatricam clinicam, die Mart. et Vener. h. III tradet; 2) repetitorium chirurgiae die Lunae et Merc. h. III instituet.

IV) SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. H. LIMPRICHT, p. p. o. dec.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel p. hebd. h. def. — II) Privatim 1) chemiae partem secundam tradet sexies p. hebd. h. III; 2) praxin chemicam tricenis horis p. hebd. docebit; 3) exercitationes chemicas analyticas et senis et duodenis hor. p. hebd. instituet.

Dr. G. F. SCHOEMANN, p. p. o.

I) Publice Plutarchi vitam Agidis tractabit cum sodalibus seminarii philologici dieb. Merc. et Sat. h. XI. — II) Privatim 1) Aeschyli Agamemnonem interpretabitur dieb. Lunae, Mart., Iov., Ven. hor. X; 2) Taciti vitam Agricolae enarrabit dieb. Merc. et Saturn. h. X.

Dr. I. A. GRUNERT, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminarii mathematici moderari perget d. Mercur. h. X et XI. — II) Privatim 1) calculum differentialem eiusque applicationem ad geometriam dieb. Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. X docebit; 2) mechanices, i. e. theoriae motus, partem priorem iisdem dieb. h. XI tradet.

Dr. F. L. HUENEFELD, p. p. o.

I) Publice examinatorium de rebus chemicis et mineralogicis habebit die Lunae et

Martis h. XII. — II) Privatim 1) oryctognosiam (mineralog. partem prim.) docebit dieb. Merc., Iov. et Ven. h. XII; 2) mineralogiae et chemiae historiam enarrabit dieb. Lun. et Mart. h. X.

Dr. E. BAUMSTARK, p. p. o.

I) Publice de constitutione et magistratibus regni borussici disseret die Martis horis IV et V. — II) Privatim statisticen regni borussici enarrabit diebus Iovis et Veneris horis IV et V.

Dr. A. HOEFER, p. p. o.

I) Publice Mahâbhârati episodia selecta explicare perget bis p. h. h. IV. — II) Privatim 1) grammaticam linguae veteris saxonicae tradet locisque e poemate 'Hêliand' petitis illustrabit dieb. Mart. et Ven. h. XII; 2) poema theodiscum 'das Nibelungenlied' ex ed. C. Lachmanni interpretabitur dieb. Lunae, Merc. et Jov. h. XII.

Dr. A. H. A. I. MUENTER, p. p. o.

I) Publice de mammalibus disseret die Sat. h. V et VI. — Privatim 1) zoologiam generalem et systematicam tradet iunctis demonstrationibus, diebus Mart., Merc. et Ven. h. V—VI; 2) pharmacognosiam zoologicam tractabit die Lun. h. V—VI; 3) botanicen medicam docebit quater p. hebd. hor. def.

Dr F. C. O. l. b. de FEILITZSCH, p. p. o.

I) Publice 1) examinatorium et repetitorium de rebus physicis habebit d. Mercurii h. XII; 2) de Ampèri theoria disseret d. Sat. h. XII. — II) Privatim physicae experimentalis universalis partem primam docebit dd. Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. XII.

Dr. A. H. BAIER, p. p. o.

I) Publice de ratione quae inter philosophiam et theologiam christianam intercedit disseret semel p. h. die Sat. h. XII. — II) Privatim 1) psychologiam docebit quater p. hebd. dieb. Lunae, Martis, Iovis et Ven. h. IV; 2) universam philosophiae historiam tradet quinquies p. hebd. h. XII.

Dr. I. F. L. GEORGE, p. p. o.

I) Publice societatis philosophicae consessus moderari perget die Sat. h. III et IV. — II) Privatim 1) philosophiam religionis docebit dieb. Lun., Mart., Iov., Ven. h. VIII; 2) logicen tractabit iisdem diebus h. IV.

Dr. GUIL. AHLWARDT, p. p. o.

I) Publice grammaticam linguae Arabicae docebit dieb. Lunae et Iovis h. IV. — II) Privatim 1) Psalmos interpretabitur quater p. hebd. h. III; 2) scholas Aethiopicas offert horis definiendis.

Dr. F. BUECHELER, p. p. o.

I) Publice in seminario philologico Horati carminum librum IV tractabit sodaliumque praeerit disputationibus dieb. Martis et Veneris h. III. — II) Privatim 1) Theocriti idyllia percensebit dieb. Lunae et Iovis h. III; 2) romanarum litterarum narrabit historiam dieb. Lunae, Martis, Iovis Veneris h. IX.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, p. p. o.

I) Publice isagogen in studium Platonis tradet die Mercurii et Saturni h. IX. — II) Privatim historiam philosophiae antiquae narrabit quinquies per hebdomadem hora V.

Dr. TH. HIRSCH, p. p. o.

I) Publice 1) exercitationes seminarii historici moderari perget die Sat. V et VI; 2) exercitationes geographicas semel per hebd. hor. def. moderabitur. — II) Privatim 1) histo-

riam imperii Romani inde a bellis civilibus tradet diebus Lun., Mart., Merc., Iovis, Veneris h. VIII 2) geographiam universalem quater per h. h. defin.

Dr. L. KOENIGSBERGER, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminarii mathematici moderabitur d. Sat. h. IX et X. — II) Privatim 1) theoriam linearum et superficierum curvarum dieb. Lun., Mart., Iovis, Veneris h. III; 2) theoriam numerorum dieb. Lun., Mart., Iov., Ven. h. IX docebit.

Dr. R. USINGER, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminarii historici moderari perget d. Merc. h. V et VI. — II) Privatim 1) historiam medii aevi dieb. Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. h. XI; 2) historiam Europae tempore revolutionis francogallicae, dieb. Lun., Mart., Iov, Ven h. III tradet.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. H. SCHWANERT, p. p. e.

I) Publice capita selecta chemiae technicae tractabit semel p. hebd. hor. def. — II) Privatim 1) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. h. VIII; 2) chemiam pharmaceuticam in usum medicinae studiosorum tradet dieb. Lun., Mart., Merc. h. IV; 3) pharmaciae partem priorem exponet dieb. Lun., Mart., Merc. et Iov. h. VIII.

Dr. BERNH. SCHMITZ, p. p. e.

I) Publice Cornelii tragoediam: Cinna (ed. Geruzez) recitabit atque sermone francogallico interpretabitur die Sat. h. II et III; — II) Privatim 1) historiam litterariam veterum Anglorum inde a primis Anglo-Saxonicis quae vocantur monumentis usque ad poetam Chaucerum enarrabit dieb. Mart. et Ven. h. V; 2) grammaticam linguae Anglicae duce libro suo (Englische Grammatik, edit. tertia) docebit die Merc. h. II et III.

Dr. A. PREUNER, p. p. e.

I) Publice elementa archaeologiae tradet ter p. heb. — II) Privatim historiam Romanam ab occiso C. Iulio Caesare enarrabit quater p. hebd.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. C. TH. PYL, priv. doc.

I) Publice historiam artium Germaniae tradet bis p hebd. h. XI. — II) Privatissime sed gratis 1) disputationes de mythologia Graeca secundum monumenta artium bis p. hebd. h. XI; 2) disputationes de antiquitatibus Pomeraniae secundum monumenta artium et litterarum bis p. hebd. h. XI moderabitur.

Dr. C. JESSEN, priv. doc.

I) Publice historiam scientiarum naturalium imprimis botanices tradet semel p. hebd. — II) Privatim 1) historiam naturalem generalem docebit Merc. et Sat. h. IV; 2) anatomiam et physiologiam plantarum imprimis cryptogamicarum explicabit horis binis def.; 3) pharmacognosiam tradet quaternis horis def.; 4) exercitationes microscopicas et botanicas offert privatissime.

Dr. K. A. F. PERTZ, priv. doc.

Privatim 1) palaeographiam Graecam bis per hebd. docebit, dieb. Merc. et Sat., h. V; 2) palaeographiam Latinam et artem diplomaticam idem tractabit dieb. Lunae, Mart., Iovis h. IV, vel alio tempore auditoribus commodo.

Dr. R. OTTO, priv. doc.

Privatim 1) chemiam physiologicam docebit dieb. Lun., Mart., Merc., h. II; 2) chemiam forensem docebit studiosis chemiae et medicinae ineunte semestris die Lun. h. V et VI die Mart. hor. V; 3) repetitorium chemiae organicae et anorganicae medicinae studiosis offert ter per hebd. hor. def. habendum.

Dr. R. BUCHHOLZ, priv. doc.

Privatim 1) zoologiam generalem tradet quinquies p. hebd.; 2) zoologiam pharmaceuticam tractabit bis per hebd.

ARTIUM MAGISTRI.

G. Bemmann, concent. music. director I) Publice 1) cantum ecclesiasticum docebit bis p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes cant. moderari perget bis p. hebd. h. VI et VII; 3) de relatione harmonica ac modulatione disseret bis p. hebd. — II) Privatim 1) contrapunctum et componendi artem tradet; 2) commilitonibus offert cantandi lectiones.

E. Weiland artem delineandi docebit publice dieb. Lun. et Ven. h. X et XI.

H. Range artem gymnasticam hor. def. docebit gratis.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt HIRSCH Prof., Dr. PERTZ Cust. et Lic. HANNE pro Cust., dieb. Lun. Mart. Iov. et Ven. horis XI—I, dieb. Mercurii et Saturni hor. II—V studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores DIESTEL, WIEDING, BUDGE, HOEFER, GEORGE.

Seminarii theologici exercitationes regnutur ab ORDINE THEOLOGORUM.

Societatis homiletico-catecheticae studia ac labores moderabuntur VOGT Prof. et HANNE Prof.

Seminarii iuridici exercitationes moderabuntur BEKKER Prof., WIEDING Prof. et FRANKLIN Prof.

Theatrum anatomicum administrat BUDGE Prof. adiuvante SOMMER Drc., qui Prosect. munere fungitur, adiutore in physiologia LANDOIS, Dre.

Museo anatomico praepositus est BUDGE Prof., adiutoribus SOMMER Dre. et LANDOIS Dre.

Societatis physiologicae exercitationes moderabitur BUDGE Prof.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof., adiutore HERTZ Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof., adiutore HERTZ Dre.

Collectis praeparatis pharmaceuticis praeest LAURER Prof.

Nosocomio Universitatis praesunt BARDELEBEN Prof. et MOSLER Prof., — administr. KIKHEFEL

— calculatore STEMPEL, — assistentibus KOBER Dre. et HAENISCH Dre. — adiutoribus HOFFMANN et RABE. Dre.
Instituti clinici medici curam habet MOSLER Prof., adiutore KRABLER Dre.
Instituti clinici chirurgici et ophthalmiatrici curam habet BARDELEBEN Prof., adiutore HEINEKE Dre.
Instituti obstetricii curam habet PERNICE Prof., assistente ZABEL Dre., adiutore KLOCKMANN.
Instrumenta, quae ad physicen pertinent, custodit DE FEILITZSCH Prof., adiutore FRAUENSTEIN.
Seminarii mathematici exercitationes moderabuntur GRUNERT Prof. et KOENIGSBERGER Prof.
Instrumenta astronomica custodit GRUNERT Prof.
Museo botanico praepositus est MUENTER Prof., adiutore MIRICH.
Museum zoologicum curant MUENTER Prof., BUCHHOLZ Dr. Conservator.
Hortum botanicum curant MUENTER Prof., DOTZAUER Inspector, adiutore MIRICH.
Seminario zoologico-botanico praeest MUENTER, Prof.
Museo mineralogico praepositus est HUENEFELD, Prof.
Institutum chemicum moderatur LIMPRICHT, Prof., adiutoribus SCHWANERT Prof., OTTO Dre. et F. BAUMSTARK Dre.
Seminarii philologici sodalibus scriptores utriusque linguae interpretandos proponent ceterasque exercitationes ex more moderari pergent SCHOEMANN Prof. et BUECHELER Prof.
Seminarium historicum moderabuntur HIRSCH, Prof. et USINGER, Prof.
Gypsothecae et antiquitatum museo praeest BUECHELER, Prof.
Museo antiquitatum Pommeraniae praeest PYL, Dr., Priv. Doc.
Societati philosophicae praeest GEORGE, Prof.

SCHOLAE
IN
ACADEMIA CAMERALI ET GEORGICA HILDENSI
HABENDAE.

1) Introductionem in studia academica tradet Dr. BAUMSTARK, Prof. et Dir., ineunte semestri horis X—XII definiendis.

2) Statisticen politico-oeconomicam regni Borussici docebit IDEM die Merc. horis IV—VI.

3) De constitutione et magistratibus regni Borussici exponet IDEM die Saturni h. IV—VI.

4) Introductionem encyclopaedicam in ius georgicum tradet Dr. HAEBERLIN, Prof., die Mercurii h. X—XII.

5) Historiam rei rusticae enarrabit Dr. SEGNITZ, Prof., die Iovis h. VIII—X.

6) Rei rusticae administrationem et artem computandi accepta et impensa in re rustica traditurus est IDEM, diebus Veneris et Saturni horis X—XII.

7) Exercitationes in computationibus ad rem rusticam spectantibus et conversationes de rebus rusticis praeibit IDEM, die Iovis horis V—VII.

8) De bubuli cura exponet Dr. ROHDE, Cons. Oecon., die Veneris horis II—IV.

9) Curam ovilli docebit IDEM die Iovis hora X—XII.

10) De administratione rei rusticae Hildensis academicae exponet simulque commilitones de re rustica administranda practice instituet IDEM, die Mercurii hora III.

11) Demonstrationes practicas et exercitationes in re rustica habebit IDEM, die Saturni hora III.

12) Conservandam valetudinem animalium domesticorum mammalium docebit Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius provinciae regius, die Veneris horis VIII—X.

13) Artem topiariam docebit FINTELMANN, Hort. acad, die Iovis horis II—IV.

14) Rei saltuariae administrandae principia docebit WIESE, Rei saltuariae Magister, diebus Martis et Veneris hora II—IV.

15) De technologia oeconomica exponet Dr. TROMMER, Prof., diebus Mercurii et Saturni horis VIII—X.

16) Demonstrationes practicas in officinis technico-oeconomicis et Academiae et extraneis instituet IDEM, diebus et horis definiendis.

17) Anatomiam et physiologiam animalium domesticorum mammalium docebit Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius provinciae regius, diebus Lunae et Martis horis VIII—X.

18) Chemiam anorganicam experimentalem tradet Dr. TROMMER, Prof., dieb. Lunae et Martis horis X—XII.

19) Exercitationes in laboratorio chemico praeibit SCHOLZ, Dr., diebus Martis et Veneris horis II—VI.

20) Historiam naturalem animalium rei rusticae obnoxiorum et morbos plantarum explicaturus est JESSEN, Dr., die Lunae horis II—IV.

21) De geographia et climatologia plantarum disseret IDEM, die Iovis hora IV.

22) Exercitationes microscopicas in anatomia plantarum instituet IDEM, diebus et horis definiendis.

23) Semina ad rem rusticam pertinentia disquirenda et cognoscenda docebit IDEM, die Mercurii hora X.

24) Geognosiam docebit SCHOLZ, Dr., diebus Mercurii et Saturni hora II.

25) De chemia analytica disseret IDEM, binis per hebd. horis definiendis.

26) De stercoribus disseret IDEM, die Lunae horis IV—VI.

27) Chemiam organicam repetiturus est IDEM, binis per hebd. horis definiendis.

28) Architecturae rusticae seu cameralis partem priorem docebit MUELLER, Arch. academ., die Lunae hora IV—VI

29) Stereometriam practicam, trigonometriam planam et arithmetices capita selecta tradet Dr. GRUNERT, Prof., die Iovis horis II—IV.

30) Mechanicen et doctrinam de machinis docebit IDEM, die Martis horis II—IV.

INSTITUTA SPECIALIA ACADEMIAE HILDENSIS.

Bibliothecae academicae, quae studiosis diebus Mercurii et Saturni per semestre hibernum hora I et per semestre aestivum hora XI patebit, praeest Dr. JESSEN.
Museum litterarium Academiae regit IDEM.
Museo proplasmatum suppellectilis rusticae praeest Dr. SEGNITZ, Prof.

Collectis instrumentis rusticis et lanae speciminibus praeest Dr. ROHDE, Consil. Oeconom.

Institutum chemicum generale moderantur Dr. TROMMER, Prof, et Dr. SCHOLZ.

Apparatui physicali et technologico praeest Dr. TROMMER, Prof.

Museo mineralogico et instituto chemico rei rusticae experimentis emendandae inservienti praeest Dr. SCHOLZ.

Museo zoologico et botanico, instituto microscopico, et phytophysiologico, collectis seminibus, fructibus et pomorum proplasmatibus praeest Dr. JESSEN.

Museis anatomicis et veterinariis, instituto zoophysiologico, valetudinariis veterinariis et stabulis experimentis in re pecuaria instituendis inservientibus praepositus est Dr. FUERSTENBERG, Veterinarius provinciae regius.

Hortum botanicum curant Dr. JESSEN, Praepositus, et FINTELMANN, Hortul. acad.

Seminarium et plantaria pomorum, pometum arborum matricum et exemplo inserviens et hortum olitorium curat FINTELMANN, Hortul. acad.

Rei rusticae Academiae praeest Dr. ROHDE, Consil. Oeconom.

Agrum rei rusticae experimentis emendandae inservientem curat pro tempore JESSEN, Dr.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VIII.	Hist. eccl. p. pr. sex.		Anatomia c. h., quinquies. Cursus anatom. path., quater. Akiurgia, bis. Chirurgia, quater. Formulare, bis. Pharmacologia generalis, bis.	Phil. relig., quater. Hist. imp. Rom., quinq. Pharmacia, quater. Chem. anal., bis.
IX.	Introd. in lib. V. Ti quater.	Pand. quinq.	Anatomia c. h. quinquies. Toxicologia, ter. Repetitorium de pharmacologia speciali, bis. De nutrimentis eorumque usu physiol., bis. Exercit. clinicae medicae, sexies.	Theor. numer., quater. Hist. litter. Rom., quater. Isagog. i. stu Plat. bis. Semin. mathem., semel.
X.	Evang. Joann. apost. quater.	Instit. et hist. iuris. Rom. quat. Pand. quinq. Ius publ. Germ. quat.	Anatomia cord. et art., bis. Exercit. clinicae medicae, sexies. Exercit. clinicae chirurgicae, sexies.	Calcul. differ., quater. Semin. mathem., bis. Hist. chem. et min, bis. Aeschyl. Agam., quater. Tacit. vit. Agric., bis. Ars delin., bis.
XI.	Dogmat. evang. quinq.	Instit. iur. Rom. quinq. Inst. et hist. iuris Rom. quater. Examin. de iur. inst. semel. Hist. iur. et imp. Germ. quinq. Ius Germ. priv. quinquies. Ius criminale quinq. Ius eccles. quinq. Ius matrim. semel. Exercit. sem. in iur. Germ. semel.	Exercitat. clinic. chirurg., sexies. Exercitat. anatomico-pract., sexies.	Mechan., quater. Sem. mathem., semel. Hist. med. aev., quinq. Plut. vit. Agid., bis. Hist. artis Germ., bis. Mythol. graec., bis. Antiq. Pomer., bis, Ars delin., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XII.	Introd. in lib. N. Tl. quater. Theol. pract. quater.	Encycl. et method. quinq. Ius Germ. priv. quinq. Process. crim. quat. Exercitat. sem. in iur. Germ semel. Ius matr. sem.	Exercitat. anatomico-pract., sexies. Anatomia organor. sensus, semel. Exercitat. clinicae obstetr., sexies. Psychiatria generalis cum demonst. clinicis, semel.	Hist. philos., quinquies. Rat. inf. philos. et theol., semel. Physice experim. quater. Examin. phys., semel. Theor. Amper., semel. Exam. chem. et min., bis. Miner. pars prim. ter. Poem. theodisc., ter. Gram. ling. vet. sax., bis.
II.	Exercit. catechet. sem.		Exercitat anatomico-practicae, sexies. Exercitat. obstetr. in phantomate, semel. Operat. obstetric., bis.	Chem. physiol., ter. Gram. ling. Angl., sem. Corn. lin., semel.
III.	Progymnasm. homil. semel. Hist. dogm. chr. quinq.		Exercitat. anatomico-practicae, sexies. Anatom. chirurgica, ter. Exercit. microsc. secret. et excret. sem. Morbi neonatorum, sem. Theoria artis obstetric., ter. Morbi cutanei et syphilit., semel. Exercitat. in oculorum morbis dignoscendis, bis. Otiatrice bis. Repetitorium chirurgiae bis.	Theor. lin. curv., quater. Chem. exper. p. II, sex. Hist. temp. rec., quater. Theocr., bis. Semin. philol., bis. Societ. phil., semel. Gram. ling. Angl., sem. Corn. Cin., semel. Psalmi, quater.
IV.	Progymnasm. hom. semel.	Tit. D. de acquir. v. amitt. rer. poss. semel.	Cursus histolog. norm. quater. Pathologia et therapia specialis, quinq. Exercit. ophthalmoscopicae, bis.	Logice, quater. Psycholog., quater. Societ. phil., semel. Chem. pharm., ter. Hist. natur., bis. Constit. Boruss., semel. Stat. reg. Boruss., bis. Palaeogr. lat., ter. Gram. ling. Arab., bis. Mahabharata, bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

Hor.	THEOLOGICAE	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
V.	Lib. Iobi quater.	Exercit. sem. in iur. Rom. semel. Exercit. sem. proc. semel.	Anatomia microscopica, ter. Pathologia et therapia general. et anatom. pathol. quinq. Cursus de diagnostice physica bis. Politia medica, bis. Medicina forensis, ter.	Hist. phil. ant., quinq. Chem. forens., bis Zoolog. gener., ter Zoolog. pharmaceut., sem. De mammal., semel. Const. Boruss., semel. Stat. reg. Boruss., bis. Semin. hist., bis. Palaeogr. graec. bis. Hist litt. vet. Angl. bis.
VI.	Exercit. dogm. d. Mart. Exercit. exeg. N.T. d. Iov. Exerc. exeg. V. T. d. Ven. Exercit. ad hist. eccl pent. die Lunae.	Exercit. sem. in iur. Rom. semel. Exercit sem. proc. semel.	Chirurgia, quater.	Seminar. hist., bis. Chemia forens., semel. Zoolog. gener., ter. Zool. pharmaceut., semel. De mammal., semel. Exerc. chori acad., sem.
VII.				Exerc. chori acad., sem.
HORIS DEFINIENDIS.		Hist. confoed. Germ. semel.	Repetit. anatom. De morbis congenitis, semel De tumoribus, semel. De oculorum refractione semel.	Geogr. univ. quater. Cap. sel chemiae, semel. Cap. sel. chem. techn., sem. Praxis chemica, tricies. Exercit. chem. anal., sexies et duodecies. Repetit. chem., ter. Botan med., quater. Hist. scient nat., semel. Physic. plant, bis. Pharmacognosia, quater. Exerc. geograph., semel. Schol Aethiop. Exercit. microsc. Cant. eccles., bis. De rel. harm., bis. Ars compon. Cant. lect. Ars gymnast.